



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 14. De approbatione Confessarij,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

Vnde & infert, ei qui ordinatur tantum ad celebrandum, seu qui vult eum tantum Sacerdotij actum exercere, nec ad alium adstringi; sufficere ut habeat scientiam illorum, que ad talem peragendum necessaria sunt; vt est (secundum receptionem sententiam telle Nauarr. *in cit. nnn. 19.*) quod sciat legere & construere verba illius idiomaticis, in quo est missam celebraturus. Eum autem qui omnes sacerdoriales actus exercere vult in Ecclesia, aut curam animatum habere, tenet scire quae ad integratatem & usum Sacramentorum pertinent; præcipue illorum quae administraturus est: & communem fidem ac morum doctrinam populo necessariam. Ad administrationem autem Sacramenti penitentiae, ostendimus multa esse necessaria, quæ ignorantur a plerisque Sacerdotibus.

**153.** Nec sat is est, quod apparent progressu temporis comparatur sufficientem scientiam; quia dicta administratio non est contenta possibili ac futura scientia, sed actuali presentemque requirit: cum per futuram scientiam ratio non magis dirigatur de presenti, quam per nunquam fucrum, ut manifestu est. Nec item sat is est quod dicti sint Penitentibus, ut antequam ad confessionem veniant, confulant doctores, a quibus intelligent, num habeant excommunicationem, aut calum referunt, aut obligationem restituendi, aut allud quod difficultate in parere possit. Nam, ut Nauarr. *in sequentium. 2.7. contra vrget, nihil tale est usum recipuum,* indeque multi à confitendo terraferentur, præterim cum id merito molestum sit & ansam prebeat prolationi occultorum criminum, compellatque Penitentem, ad bis confitenda (alterum indirecte) eadem peccata; semel quidem docto qui consultur, cum non possit statuere, an quis liber sit ab excommunicatione, aut ab alio impedimento absolutionis, nisi is aperiat illi totam suam conscientiam; iterum virto indocto, à quo, tanquam proprio Sacerdote, accipienda est absolucione: quem adhuc debet certiorum facere, quod omnia sua crima predicto docto aperuerit: alioquin dubius manebit, nec nisi temere absoluere, cœculque cœco datum probens ambo in foueam cadet: quo nihil indignius, miserius, & horribilis; quandoquidem relictum fidelibus à Christo speciale remedium salutis, ea ratione fiet illis occasio æternæ damnationis.

## CAPVT DÉCIMVM QVARTVM

De bonitate Confessarij.

S V M M A R I V M.

154. Bonitas in Confessario requiritur non tantum qua Penitentia, sed etiam qua sibi bonus sit.  
 155. Pertinentia ad bonitatem Confessarij.  
 156. Necesse est maximè in Confessario charitas, cum humilitate, & patientia.  
 157. Applicatio ad nostrum institutum ex D. Bernardo, quod tres mulieres cum aromatis venerunt ad Christi sepulchrum, ut eum mortuum vnguent.  
 158. Menis, tanquam prime mulieris, quasi aromata, zelus in istitio, compassio proximi, & discretio.  
 159. Lingua vero, tanquam secunda mulieris, modestia in increpando, copia in exhortando, & efficacia in persuadendo.  
 160. Manus denique, tanquam tertia mulieris, continentia, misericordia, & pietas.  
 161. Peccatum est mortale, Sacramentum Penitentie administrare in peccato mortali.  
 162. Malitia Confessarii, in peccato mortali Sacramentum penitentie administrans, non reddit de illud malum.  
 163. Peccatum est mortale ab excommunicato non tolerato ab Ecclesia, Sacramentum suscipere, quantumcumque ad administrandum videtur se offerat, ac etiam propria Pastor sit.  
 164. Quando licet Sacramentum suscipere ab excommunicato tolerato ab Ecclesia, aliore qui illud ministraturus est in malo statu.  
 165. Quandoliceat improbum ministrum non paratum, nec se offerentem inducere ad Sacramentum administrandum.  
 166. Excommunicatus toleratus per penitentiam ad Deum conuersus, licet ministrat Sacramentum, quando ex officio, aut urgente necessitate ad id obligatur.

**157.** Licit sacramentum perire a Sacerdote, quem non constat in malo statu esse, etiam si non constet esse in bono statu.

154.

**I**N Confessario bonitas requiritur, non tantum qua Penitentia bonus sit, instrutus virtutibus ad munus suum dignè obeundum requisitis: sed etiam quæ sibi sit bonus, diuinæ auctoritatis gratiâ, eliminante ab anima omne mortale peccatum. Ipse enim, cuius genibus humiliiter aduolutur peccator, exponens et suos languores ita dispositus in se debet esse, ut in nullo eorum in quo iudicare paratus est, sit iudicandus, ne in quo alterum indicat, seipsum condemnat; ac dum alterius repurgationi à peccatis incumbit, semel similiter iniquinatum contemnens, audiat meritorum illud Ecclesiastici 14. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Debet igitur cognoscere seipsum, si quælibet quod in aliis damnandum est, in se deprehendat, deber illud (iuxta D. Augustini prescriptum, *relatum de penitentia dis. 1. cap. 1. §. Sacerdos*) à se proicere, atque adeo per veram penitentiam recuperationi diuinae gratiae operam dare: præsternit cum in statu peccati mortaliter constitutus, toties mortaliter peccat, quoties confessiones audit: etiam si valide absolutus, ut inferius in his cap. tractabitur, sub titulo de administratione Sacramenti Penitentiae per Confessarium existentem in statu peccati mortaliter: addita explicacione difficultatis huc queque spectantis, An licet confiteri tali Confessario. Prius enim persequi oportet, quæ pertinent ad ipsum, de qua ex instituto agimus, Confessarii bonitatem.

De iis quæ ad Confessarii bonitatem pertinent.

## SECTIO L

**A**D hancigitur bonitatem (ut in directorio notar Polanicus *ca. 1. art. 3.*) pertinet ut exterius nihil in Confessarij vultu, & gestibus, vel motibus corporis, vel etiam in vestitu videatur, nec in voce audiatur, quod non deceat virum matutum, qui in meminit se locum Dei tenere. Interius vero, usque reputans cuius vices gerat, tanquam in eius oculis constitutus, cum reverentia & timore munus suum obeat, ac humiliiter de se fientes Penitentes sibi præferat, & se meliores existinxer, fatigando eos lucrat ad amplificandum Christi regnum; augendam, ac ditandam sanctis viris Ecclesiam, extirpandam diaboli tyrannidem; ac Christi sanguine redemptas animas ad salutis portum ducedendas.

155.

Cæterum cum ad hoc plurime virtutes in Confessario requirantur, ut bene ostendit, pie que in particulari inculcat Gaspar Lortes libro 1. *Institutionis Sacerdotum:* eminere tamen ipse potissimum debet in charitate: quia cum sit medius inter Deum & peccatorem confitentem, debet per amorem unius esse Deo, ut ea quæ pro peccatore petierit tanquam amicus obtinere valeat. Itemque proximum aware sicut seipsum, ut de æterna sua salute ob peccata commissa periclitanti non detrectet subuenire cum humilitate & patientia. Quibus duabus virtutibus ipsum munus esse oportere patet: humilitate quidem, quia licet Confessarij munus nobilissimum sit, ex eminenti autoritate ligandi & soluendi in terra, quæ ligentur & solvantur in celis, non modo Angelis, sed & Beatisissimæ Virgini non concessa, cap. Noua. De penitent. & remiss. ex viu tamen humilium est, ut pote ei simile, quo Chirurgus saniem abstergit ex vulneribus, & cuique pro sua conditione emplastrata, aliaque id genus remedia applicat: que similitudo est D. Basili in regulis suis disputatis res. 30. Patientia vero munitum esse oportet, quia longe difficilis est animi, quam corporis vulnera curare. Cum enim in morbis corporis is maximè est morbum cognoscet, & sentiat qui patitur, maximeque omnium cupiat sanari, medicum acceptat, & desiderio sanitatis nullum, quamvis in gratum, refugiat medicamentum: in anima cōtra omnino evenit, ut plerūq; infirmus præ omnibus morib; suum ignoret: medicum refugiat, curationemque egredi admittat: ideo hanc re opus est patientia: nec delpondendum animo, sed habendum in memoria illud eiusdem D. Basili in *preced. respon. 10.* nihil esse in reum natura, quod diligentia non corrigatur, neque esse vitium adeo graue, quod Dei timore non periuincatur. De illius ergo, qui ex lapidib; potest excitare filios Abraham, confisi misericordia nō defuturā, demus operā comparanda bonitati, per quā tāci huius ministerij sumus ministri idonei.

156.

Adil-

157.

Ad illam verò imprimis spectant nouem ea, quæ D. Bernard. in sermo 2. de Resurrec. præclarè explicat sub typis mulierum, quæ cum aromatis venerunt ad sepulchrum Domini nostri, ut eum vngere. Peccator enim fidem habens sine charitate, est quasi sepulchrum, in quo Christus iacuit mortuus, iuxta illud quod D. Paulus ait ad Ephesios. Christum per fidem habere in nobis: & D. Iacobus in ea. sua pistola, mortuum esse fidem sine operibus: seu non operante per charitatem: sicut corpus sine spiritu mortuum est. Fides, inquit D. Bernard. sine charitate in animo, est Christus mortuus in sepulchro, quem suscitare nostrum non est, sed vngere incumbit. Iaque amore Christi accensæ, ad eum in peccatore vngendum veniant cum aromatis quasi tres mulieres, mens, lingua, & manus.

158.

Ac mens quidem cum aromatis zeliustitæ, compunctionis proximi, & discretionis, per quam duo illa temperentur, ne in spiritu vehementi conterantur naues Tharsis: sed Confessarius æmulari opportunitas, & nihilominus ignorare sciat, temporaque aptæ misericordia temporibus, obseruet quando oleum misericordiae, quando vinum feruoris adhibere debeat, ex mandato ecclæsis Samartani cutam habens eius, qui incidens in latrones, plagi acceptis relictus est feruulus. De quare pluribus D. Bern. in eod. sermone. Bene addens terram cordis nostri non proferre talia virtutum germina, sed potius vitiorum tribulos & spinas nobis germinate, ideoque emenda est ab eo, inquit Esa. 53. Venite, emite absque argento & commutatione vinum & lac. ] Vinum enim sua aueritate velut iustitiae & lac, sua dulcedine compassionem proximi significat. Ememus autem (inquit D. Bernard.) nummo proprie voluntatis, ex propria facientes communem, querendo non particulariter que nostra sunt; sed communiter que Dei quoque sunt, & proximi, prout Christiana charitas exigit. ] Quæ empio sit absq; argento & commutatione; quia propria voluntas sic in pretium datur, ut non alienetur, sed solum in melius mutetur, viuere reddit apta, tum ad alia bona, tum maximè ad ea, de quibus agimus, ad quæ inepit alioquin est. Quomodo, inquit, D. Bernardus, compatietur fratri, qui propria voluntate necfit compati nisi sibi ipsi: aut quando amans seipsum, diligenter iustitiam, & odio habebit iniuriantem? Et quis nefat nihil esse quod discretionis spiritu sic extinguit, quomodo voluntas propria subvertens corda hominum, & rationis oculos claudens?

159.

Mentem vero comiteret lingua tanquam altera Maria, habens quoque sua tria aromata: modestiam in increpatione, copiam in exhortando, & efficaciam in perficiendo: quæ à natura non habentur, sicut nec præcedentia: sed apud Patrem lumen comparanda sunt: à quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum. ] Iacob. i. præfertur cum talia debent esse, quæ in cor hominis influant, quod inscrutabile est. ] Ierem. 17. nec vlll. notum, nisi ei, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. ] ad Hebr. 4. Emenda vero sunt (inquit D. Bernardus) nummo confessionis, per quam templum Spiritus sancti, quod sumus nos, emundatur à peccatorum foribus impedientibus ne ille inhabet in nobis, diffundens chartaræ in cordibus nostris, nobisque assisteret quid & quomodo loquamus?

160.

Lingua denique adiungatur manus; quia culis vita deficitur, restat ut prædicatio contemnatur: illaque habeat sua tria aromata, continentiam in ordine ad seipsum, ne peccans in corpus suum, tollensque membra Christi, & faciens membra meretricis, parendo pudendoque dedecori se addicat. Deinde misericordiam in ordine ad proximum, quam debet ei, cum quo salvandus est. Postremo pietatem in ordine ad Deum, ut omnia suffineat pro eo, qui pro ipso misera factus homo sustinuit, maximaque largiturus est. Quæ tria adhuc emenda sunt ab eo, qui est omnis sufficiencia nostra, cum ne quidem cogitare aliquid boni, sufficiētes sumus ex nobis. ] ad Corinti. 3. Emendatur autem nummo subiectionis, seu obedientie, quæ dirigit gressus nostros, & sanctæ conuersationis gratiam promeretur; sicut contraria lex est in membris nostris inuenta per inobedientiam: de qua ad Rom. 5. Per unitus hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi. ] Ex quibus omnibus refinquirur, Confessarium ad consequendam bonitatem sibi ad suum munus

necessariam, non tam studio (ut ad consequendam scientiam) opus esse, quam mortificatione affectuum, præseruit carnalium, præceteris abominabilium in eo, qui tam diuinum, tamque salutare & excellsum munus, tanquam Christi cooperator, exequitur: itemque conscientię repurgatione: maximè autem cum à peccatarum exercante cupiditate, ponderando illud Math. 16. Quid prodest homini si in viuere mundum lucret, anima vero sue detrimentum patiatur? tum etiam ab illa acceptance personarum, quæ non nullis tam defteratur, ut cum illis non agatur, è qua pars est libertate, nec feruato quantum oportet iudicij rigore, quod est cōtra Iudicis officium, iuxta illud Ecclæstia 7. Noli querere fieri Iudei, nisi valeas virtute irrumpe iniquitates, ne forte extimescas faciem potensis, & ponas scandalum in æqualitate tua.] Accedere debet in auctorita vita, per quam diuinis bonis cumulati meremur.

De administratione Sacramenti Penitentie per Confessarium contaminatum peccato mortali.

## SECTIO II.

D

o de hac occurruunt docenda pro prætæ: vnum est, per eam Confessarium peccare mortaliter; alterum, eam non obstatre de se, quo minus Sacramentum ipsum sit validum.

De priori ergo sciendum est, commune esse Sacramento Penitentia cum omnibus aliis Sacramentis, ut ministrans ipsum in peccato mortali, peccat mortaliter; ideoque explicationem hanc esse illi cum iisdem aliis communem: quam latè post Sotum & Nauarrum (illum quidem in 4. dist. 1. quæ quinta art. 6. hunc yelò ad cap. 1. De penitentia dist. 6. §. Sacerdos) Suarez persequitur tomo 3. discept. 16. sec. 3. Ratio vei talis peccati in eo constituit, quod Sacramentorum administratio, cultus sit Dei, ab eo sic institutus, ut in ministro, per quem exhiberetur, requireret sanctitatem, maiorem ratione, quam ab aliis quibus dixit Lexit. 19. Sancti estote, quia sanctus ego sum. ] Ob maiorem nemus dignitatem munieris, ad quod ea de causa nemo admittatur, nisi ad illud deputatus sit per consecrationem sacramentalis, hoc est, per susceptionem Sacerdotalis ordinis. In qua si obex non ponatur, anima puritas datur. In ea enim gratia diuina (sicut in aliis Sacramentorum susceptione) confertur ex opere, ut vocat, operator, seu non ex suscipiente, sed ex Christi in merito. Cum igitur haec sint, & nouæ legis Sacraenta dignissima sanctissimæ, dignæ sancteque ministrari oporteat, merito statuitur is mortaliter peccare, qui peccato mortali contaminatus ead administrat: vi potest Deo iniurius; cum notabilis irreuerentia rerum diuinarum, impudenter diuinæ voluntati ipsius & insufflationi contraveniens. Etenim si in administratione Sacramentorum utrūque humiliando, irreuerentia est, propter indecentiam, qua Sacramentum, res ad sancta, vereque hominem sanctificans, tractatur tanquam profana: eaque indecentia potest tanta esse, ut ob notabilem irreuerentiam quam habet coniunctam, censeatur peccatum mortale: aperte intelligitur ministrans Sacramentum in peccato mortali peccare mortaliter: quandoquidem immunditia peccati mortalis infinitè maior est quacunque alias; & concursus ministri, deputatus ad tale ministerium, longe ei propinquior, excellentiorque est quocunque concursum virorum.

Vnde habendum est pro documento in prætæ fori penitentialis: quod cum sit irreuerentia maxima, mortali peccato contaminatum audere ministerium exhibere in Sacramentorum operatione, idem quoque peccatum esse generis mortale; illudque ex gratiis, quod iniquitas ministri grauor fuerit, & Sacramentum dignius

Ex quo documento colliguntur, Sacerdotem ministraturum Sacramentum tenet ad veram contritionem, qua peccatum detestetur ex amore Dei, tanquam parentis optimi: vel si solum habeat attritionem, qua peccatum detestetur solus extimor Dei, tanquam Iudicis peccata vindicantis, teneri confessionem sacramentalem præmittere, ut ex attrito fiat contritus: quia, ut constat ex Concil. Trident. sec. 14. cap. 4. per solam attritionem homo non disponit sufficienter ad diuinam gratiam consequendam. Neque refert probable esse, quod ad susceptionem Sacramenti possit quis sufficien-

ter di-

ter disponi per solam attritionem. Nam ipsa sumptio Sacra-  
menti cum ex attrito contritum faciat, secundum probabi-  
lorem sententiam, adseri secum gratiam, tollitque immun-  
ditum animæ: administratio vero Sacramenti non item: ne-  
que enim dat ministro gratiam, ut faciat ex attrito contri-  
tum: ideoque in illo prærequisitum hanc aliquid prouenientem,  
tanquam animæ munditium. Aduerte autem quod notatum  
est à Nauat. loc. cit. numero 21 propositum documētum proce-  
dere in eo peccatore qui nouit, aut credit se in peccato mor-  
tali manere; non autem in eo quod probabiliter se contritum  
esse putans, effert ammodo atritus: aut qui facta diligent  
conscientia discussione, non efflet fibi peccati mortali cons-  
cius. Quantumcumque enim verè, & coram Deo effet in  
illo malo statu, excusat eum tamen per ignoratiā inuincibili-  
lem, administrans Sacramentum cum eo defecū. Difficul-  
tes vero, quæ circa idem documentum moueri solent, cum  
nihil attineant ad Sacramentum Pœnitentiae, non est necel-  
se in præsentiarum attingere.

<sup>162.</sup> Sequitur ut dicamus de posteriori, quod est, malitiam Confessarij peccato mortali contaminati non impedit vali-  
ditatē. Sacramenti pœnitentiae: id quod in p̄ed. num. 2.  
Nauar. exp̄. & ber. offendit Medina in Cod. de Confessio-  
ne quest. 24. & satis patet per illud quod Sotus fuisse tractat in  
p̄ed. art. 5. per malos ministros Sacramenta validē conferri posse. Quod & aperit confirmatur ex eo, quod Concil. Trid. s̄. 14. cap. 6. & Can. 10. definit pœnitentiam absolumente  
non impedit per peccatum mortale. Ad cuius rei intelligē-  
tiam Caietanus dicit (ut merito vocatur à Soto in p̄ius citato  
art. sexto col. 2.) Ihesus est distinctione. Inquiens Sacramenti ex-  
hibitionem spectari posse dupliciter: uno modo ex opere o-  
perato, hoc est, tanquam Dei instrumentum, quo ipse vitur  
ad infusionem gratiæ in animam: altero modo ex opere oper-  
antis, id est, ut actio est humana, extens a Deiministro. Atq; priore modo non requiriere probitatem Ministri, quia sine  
ea fortiter suum effectum; nec enim per malum Ministrum  
contaminatur Christi donum, quod per illum sicut purus  
fluuius transit, & venit ad fertilē terram; ad modum quo  
per lapides canales aqua transit in areolas. Cap. Si iustus prima  
quest. prima. Neq; à Iuda collatus Baptismus, tanquam ini-  
dius, fuit reprehendens. Cap. Dedit, cadem questione. Poste-  
riore vero modo requiretur: quia cum homo tunc sit Dei Mi-  
nister, & agens ei, debet (quoad eius fieri potest) simili boni-  
tate, quia ipse operari: & quo melior, & in omnibus virtutib;  
eminenter fuerit, & aptius instrumentum erit di-  
uinæ bonitatis, ut per ipsum dignetur Pœnitenti largiri pleni-  
nus gratiæ & virtutum incrementum.

De susceptione Sacramenti Pœnitentiae, quando Confessarius  
illud administrat contaminatus peccato  
mortali.

### SECTIO III.

**D**E hac magna difficultate est, omnibus quoque Sacra-  
mentis communis. An sit licet: siue, An liceat petere  
& accipere Sacramentum à Ministro qui sicutur contaminatus  
peccato mortali, vel Ecclesiastica censura innodus, in  
eoque malo statu illud ministratur. Eam autem alijs  
citat suse disputat Suarez, tomo 3. dis. 18. & ante cum  
Sotus in 4. diff. 1. quest. 5. art. sexto Pro explicatione veò illius  
statuimus a liorū propositiones, præmissa distinctione:  
quod nequam ille minister, vel toleretur ab Ecclesia in suo  
ministerio, vel non toleretur: vt si quin nominatus, vel ob  
noterium Clerici percussionem excommunicatus est, aut  
ab officio suspensus: non item alius siue excommunicatus,  
sive suspensus; quem ne in Sacramentorum participatione  
quidē, vitare tenemur, ex prielegio Martinii quinti in Conc.  
Constan. quod explicatum est in p̄edenti capite 9. sectio-  
ne posteriori. Rursum idem Minister vel sit expodus ad mi-  
nistranda Sacramenta, vt ille quis sedet in certo loco ad au-  
diendas confessiones: vel non sit quidem illo modo expos-  
tus, sit tam in paratus, vt si quis Sacramentum ab ipso petat,  
statim conferat.

<sup>163.</sup> Supposita igitur hac distinctione, sit prima p̄posito: Pe-  
catum esse de mortale, suscipere Sacramentum à non to-  
lerato ab Ecclesia, siue expositus sit, siue non: & siue para-  
tus sit, siue non: siue ex officio ei incumbat ministrare, siue

non. Probatur, quia talis suscepitio in re graui, ut pote ad sa-  
lutem æternam pertinente, directe est contra obedientiam  
debitam Ecclesie: quæ per suam censuram, præsertim ex-  
communicationem maiorem, non tantum illum qui ex-  
communicatur arcet à ministerio Sacramentorum: sed etiam  
alii prohibet directe, ne cum illo communicent, præsertim  
in sacris, & maximè in Sacramentorum perceptione; prout  
confat ex communī doctrina de effeciis maioris excommuni-  
cationis. Quæ p̄positio, quæ restrictionem patiatur quo-  
ad casus necessitatis, iudicandum est ex ante dictis in capite  
sextō num. 58. & aliquo sequentibus. Eam autem Sotus (a-  
pud quem est octava) censet extendendam ad hereticos,  
schismatics, & apostatas à fide; si sint hæreticos, schismatics,  
aut apostatas damnati. Cui fauerit quod à talibus, qui per  
suam culpam ab Ecclesiæ unitate diuisi sunt, non debeant fi-  
deles, nisi necessitas in mortis articulo virget, Sacra-  
menta suscipere. §. Laboret. De Pœnit. distinc. 6. cap. primo. Sed, ut  
bene monet Suarez, cum priuilegium Concilij Constanti-  
ensis generaliter sit, extendaturque ad omnes excommunicatos,  
nisi sint notorij Clericorum persecutores aut nominatim ex-  
communicati: & in ultimis simoniaci, quos Sotus illis adiungit) quamdiu non fuerint ab Ecclesia denuntiati  
excommunicati, non erunt ratione Ecclesiastice censuræ vi-  
tandi; sed tantum ratione scandalis, aut alterius malitiae im-  
pendentis. Necdicit potest vitando esse, eo quod sint extra  
Ecclesiastica: quia occulti, uoq; hæretici, schismatics, vel apo-  
statae per suam culpam diuisi sunt ab unitate Ecclesiæ, & censu-  
ræ recipi: neq; tanDEM censentur vitandi Ecclesiæ p̄cepto,  
potius quam alij excommunicati occulti.

Ad irregularites autem eidem Soto extendentri hanc pro-  
positionem, faverit quod eorum comparatione nihil specialiter  
indulgit si per priuilegium Concilij Constantiensis.  
Sed aduersatur, quod cum ei violationem censuræ, irregularitas  
contrahatur, non esset sufficiens et censum timor  
conscientis, si quem per tale priuilegium non tene-  
mur vita: e ratione censuræ, tenetur ratione irregularita-  
tis, tum ex ea causa, tum ex multis alijs, passim, nacentis. Un-  
de quantumuis in tenore dicti privilegij non fiat expressa  
ratio irregularitatis: implicita tamen censetur potest facta  
in illis verbis, Cuiuscunque sententia, aut censuræ Ecclesiastice. ]Quia enim constitutio faciibilis est, eam interpræte ari-  
pi possimus cum eiusmodi extensione, sicut De Etore priuile-  
gium à iure. 5. c. 15. Episcopis absoluendis excommuni-  
catione incuria ob percussonem Clerici, vel Monachi,  
cum adest istum immodicum audeundi Papam: extendit  
ad omnem excommunicatum ipse. Papæ testificatam,  
propter paritatem rationis, prout ante num. 155. habitum  
est.

Secunda p̄positio est: licere virgente aliqua necessitate,  
Sacramentum suscipere a quocumque ministro tolerate:  
dummodo exp̄itus sit, vel paratus illud ministrare, & ad  
id ex officio, vel ex delegatione si sufficientem potestatem ha-  
beat. Hanc repræmissam esse inquiens Sotus probat: quia  
sic suscipiens Sacramentum, non cooperatur peccato confe-  
rentis, præbendo illi occasionem aliquam ruinæ; ut pote  
quem inuenit paratissimum ad conferendum: ita virillum  
eo ipso iam lapsum, nihil labendum impellat: neque pe-  
tit ut ipse ecce, sed tantum ut Sacramentum conferat: quæ  
actio est de se bona: & quam ille à prava voluntate (si quam  
habeat) resipiscens, potest sancte exercere: perinde asy-  
tariorum expodus, aut paratus ad fore crandum, potest mutata  
prava sua voluntate fore, et gratis mutuam pecuniam dare  
potest. Ad quam rationem accedit textus præclarus in  
cap. finali. 15. quest. 8. quilegendus est. Aduerte veò p̄adi-  
etam necessitatem non debere esse extremam, aut valde gra-  
uem; sed sufficere contingentem ordinariè: qualis est indi-  
gentia diuinæ gratiæ ad progressum faciendum in vita spiri-  
tuali, & ad superandas difficultates quæ in ea contingunt. Si  
enim propter necessitatem, vel notabilem aliquam vilita-  
tem temporalem licet vitæ opera eius, qui illam exhibebit pec-  
cando: ut pagani, qui rogatus pro me in iudicio testimonium  
ferre, malitia sù id faciunt ad per falsos Deos; vel usurarij,  
qui rogatus date indigenti mutuo pecuniam, dabit exigendo  
vilitam: multo magis propter spiritalem necessitatem, aut  
vilitatem notabilem (qualem afferit debitus Sacramen-  
tum)

164.

rum virtus) licet acceperit Sacramentum ab eo, qui illud sua malitia confereret cum mortalitatem peccato.

Excipliendus tamen est casus, in quo sine ylo meo detimento, abstinentia l*susceptione* Sacramenti possim tale peccatum impeditre; quia lex charitatis in Deum, & in proximum, à me tunc exigit; ut auferam occasionem, qua offeretur irreuerentiae Sacramenti, & ut subueniam in dignitate & misericordia, cui proximum per suam malitiam moraliter expostum video. Sic ergo (*vt in citato art. 6. propos. prima*, inquit Sotus) si plures Sacerdotes se deant ad audiendas confessiones, & inter eos sciam Petrum in concubinatu vivere; possum quidem illum praeterea aliis eligere, si sciam ipsum certiori modo esse, & conscientiam meam sapientius possit discutere: at eni si certi pares illi essent, culpa esset illum praetulere non tam in mortalibus, vt idem additur; nisi forte peccator esset tam publicus, quod mea confitatio illi facta scandalum generaret populo, ant alius peccatum graue inducimine probabilitate crederetur, v.g. quod ex audita confessione excitatorem ad sumendum vindictam de aliquo, aut ad tentandum alcuin pueri pudicitiam.

Ex quibus soli potest dubium, de quo Suarez in *cit. dif. 18. sed. i. in fine*. An peccatum sit ministrare Sacerdoti celebranti indignum, non ex alio defectu, quam malitia sua; aut illi praebere vestes, vel alia necessaria ad celebrandum. Constat enim non esse, quia celebratio Missae, cui tunc quis cooperatur, actio est de beata, eisque malitia ministri aduentitia est, ex circumstantia tantum sacram illam reddens: ad quam circumstantiam, qui inseruit celebranti, aut vestes praebet, nullo modo concurrit. Quamquam in eo quoque locum habet regula charitatis, vt si quis cominodè possit virare tale obsequium, ut peccatum impediatur, vitare debeat. Sed mortaliter loquendo vix potest talis commoditas vobis venire, propter periculum confessionis proximi, & facilitatem alii ne sibi prouidendi.

Tertia propositio est, Nemini licet improbum ministerium neque paratum, neque efferentem se ad Sacramentum ministrandum, ad id inducere: nisi vel per entem necessitas extrema urget, vel exhibetem obliget officium. Probatur, quia tali inductione daretur alteri occasio peccandi, quod non licet. Si opponas, eam inductionem non esse causam, vt Minister ipse peccet, sed ut Sacramentum administraret: quod sane potest, respicendo a sua malitia, ut an è dictum est. Occurrunt, proximi quidem eam inductionem non efficiantem ut dictus Minister peccet, esse tamen consequenter: fine (vt Sotus *prop. 2. art. 1.*) esse materialiter: quia effert etiam aliqua materia, ex qua sumit occasionem hoc & nunc peccandi; quod sufficit ut occasio talis censetur dara esse: ab eo qui fecit & creditit, illod inde secundum esse: perinde ac ille occasionem incendio dedisse certetur, qui aliquid etiam de se licitum faciens, applicuit ignem ad aliquid, unde scitur aut creditur incendium secundum. Ratio autem exceptionis posse in eadem propositione est, quod (*vt habetur in cap. C. im Ecclesia Vulturana*, De electione &c in lege Inuiriatur. ff. De iniuris) is nemini iniuriam faciat, qui iure suo viritur, ac proinde nec peccet, si eo rationabiliter vtratur: vt meriti o censetur, qui extrema necessitate compulsus, petet sibi Sacramentum ministrari à quoconque Sacerdote, qui tali necessitate laboranti tenetur subuenire: ut quando in articulo mortis constitutus, peccati mortalis sibi conscius confessionem suam excipi postulat: vel quando in alia minori necessitate constitutus: v.g. confitendi se in Dei gratia die aliquo solemni, vel lucrandi Jubilium, vel implendi aliquod preceptum, petet sibi Sacramentum aliquod à suo pastore conferri, ad quod ex officio tenetur, & iure compelli potest. Nequid, ut ex dictis patet, est peccatorem inducere ad peccandum, sed ad prestandum illud quod tenetur, nec, quia id praefatibz peccando, necessarium est iure suo cedere cum proprio deuimento: maximè cum ex sola malitia ipsius, tale peccatum oratur, que doctrina est. Caiet. ad tertiam part. D. Thome quest. 6. art. 6. ad 2. Quod si necessitas & deuimento absuerint, abstinentia est atali petitione: quia tunc lex charitatis locum habet, qua, cum sine detimento meo possim, debeo occasionem ruine proximo adimere.

Hic duo restant admonenda. Alterum est, cum quis ius

habet petendi ab aliquo Sacerdote, vi Sacramentum sibi administrare, non inde impedit ab ea petitione, quod talis Minister irretiatur excommunicatione, dummodo tamen teatus sit: nam is non peccat ministrando si quidem per debitam penitentiam (prout tenetur iure divino), in quo Ecclesia non dispensat, sed ad Dei gratiam disponuerit. Nam, ut recte ait Sotus *prop. sexta*, ius non permitere ei talem petitionem, nisi simul cum illo cui fit, dispeneret: ut sine peccato violatione censuram Ecclesiastice prestare possit illud quod ab eo petitur. Alioquin enim ipse relinquetur perplexus, dum ex una parte videtur se non posse negare debitum iuste peccatum: & ex altera, se non posse illud reddere sine sacrilega censura & violatione. Quod enim excommunicati dicuntur exclusi a participatione tam actua, quam passiva Sacramentorum, sensus est, inquit Sotus *prop. septima*, quod nec possunt Sacra menta suscipere, nec ad ea conferendas se ingerere, nisi compulsi. Ita ut Sacra menta ministrare non debeant, etiam si tolerari sint, nisi curam animarum habent; vel presentes sint in extrema necessitate; quoniam alias nullo iure ad compelluntur. Quam Soti doctrinam tueretur Nauarri in *Miscellaneo 47. De oratione, numero tertio*.

Alterum quod monendum restat est, quod habet Suarez in *cit. a sectione prima, paulo ante finem*, noui esse necessarium vi pententi Sacramentum confiteri. Minister enim esse bene dispositum, quia haec cura non est illi commendata, sed sufficit ut ille non constet esse male dispositum. Vnde ut obligetur ad non petendum, opus erit moraliter ei constare ministerium male dispositum esse, & cum ea mala dispositione ministerium Sacramentum: quod difficultatum est indicare nisi ubi in aliis constat, illum esse in diuinita confundit, & proxima occasione alicuius peccati. Extra eum casum vero etiam si contigerit vide Sacerdotem paulo antea mortaliter peccantem, potest habere per Sacramentum, quantumvis non sit paratus, neque ex officio illud dare tenetur: quia semper specie licet futurum, ut se convenienter disponat, quod brevissimo tempore facere potest per actionem contritionis.

## CAPUT DECIMVM QVINTVM.

*De approbatione Confessarij.*

S V M M A R I V M.

168 *Approbatio Confessarij diversa est à delegatione iurisdictionis.*

169 *Statutum Concilii Tridentini de eadem approbatione.*

170 *Peccatum mortaliter qui contra idem statutum, Sacramentum Penitentiae administrat, nisi excusetur, est in articulo mortis; vel materia lenitatis, cum Penitentis tantum habet veniam.*

171 *Pariter peccat qui ab eo idem Sacramentum mala fide suscepit.*

172 *Difficultas, an confessio bona si de facta Confessario non approbato sit validata, ut pars negotiorum tenenda est.*

173 *Approbatio, sicut & iurisdictio, obtinere potest per Episcopi ratificationem de presenti.*

174 *Approbatio Episcopi necessaria est Religiosis habentibus à Papa facultatem audiendi secularium confessiones.*

175 *Ad audiendas Religiosorum confessiones sufficit iurisdictio sine approbatione.*

176 *Papa potest si velit iurisdictionem ad Sacramentum Penitentiae sufficenter concedere sine approbatione, non item alii Ordinarii.*

177 *Publicum sufficientis doctrina testimoniorum non tollit eam de qua agimus necessitatem approbationis.*

178 *Facultates à Summo Pontifice concessae ad audiendas confessiones, intelligenda sunt cum conditione istiusmodi approbationis.*

179 *Post decretum de approbatione perinde ac ante, Seculares Sacerdotes possunt de conjecturidine sibi eligere Confessarium quemcumque Sacerdotem de approbatum secundum formam eiusdem decreti.*

Aprobationem esse diversam à delegatione iurisdictionis constat exhibens. Tum quod Religiosi mendicantes per sua priuilegia iurisdictionem habeant à Summo Pontifice delegaram, approbationem ve*l* habent ab Episcopo: Tum quod ab eodem Summo Pontifice sicut in Jubilao facultas Confessarium eligendi, requira

in e